



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



## **EULALIA**

### ***European Latin Linguistic Assessment***

***Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)***

**(2019-1-IT02-KA203-062286)**

**<https://site.unibo.it/eulalia/en>**

**O 2 European Latin Language Certification – Basic Level**

***Multimedia Practical Tools***

***TESTS***

***(Italian Version: 31.01.2022)***

***Project Coordinator:***

***Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)***

***Project Partners:***

***University of Köln (Germany)***

***Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)***

***University of Rouen (France)***

***University of Salamanca (Spain)***

***University of Uppsala (Sweden)***



*The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.*

**Livello A**

**tempo di esecuzione 90 minuti, senza dizionario. Ogni risposta vale un punto**  
**VALUTAZIONE**

- A1: 75% del punteggio totale della prima parte (primi 5 esercizi 24/32); viene attribuito l'A1 anche se vengono svolte entrambe le parti e viene conseguito almeno 24/44.**  
**A2: 75% del punteggio totale 33/44, di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7)**

Pars Prior

*Dion Syracusanus*

*Dion, Platonis philosophi amicus, consulere solebat Dionysio, Syracusarum tyranno. Dionis voluntate Plato Syracusas venit et Dionysio hortatus est ut tyrannidem relinquaret. At consilio Philisti, Dionysius non solum tyrannidem tenuit, sed, Dionis auctoritatem timens, eum Corinthum misit.*

1. Cum Dion<sup>1</sup> non desisteret obsecrare<sup>2</sup> Dionysium, ut Platonem<sup>3</sup> Athenis<sup>4</sup>
2. arcesseret<sup>5</sup> et eius consiliis uteretur, **ille**, qui in aliqua re vellet patrem imitari,
3. morem ei gessit. Eodemque tempore Philistum historicum<sup>6</sup> Syracusas<sup>7</sup> reduxit,
4. hominem amicum non magis **tyranno**<sup>8</sup> quam tyrannidi<sup>9</sup>. Plato autem tantum apud
5. Dionysium auctoritate potuit valuitque eloquentia, ut **ei** persuaserit<sup>10</sup> tyrannidis
6. facere finem libertatemque reddere Syracusanis<sup>11</sup>; a **qua** voluntate Philisti consilio
7. deterritus<sup>12</sup> aliquanto crudelior esse coepit. Qui quidem cum a Dione se superari
8. videret ingenio, auctoritate, amore populi, [...] ne, si **eum** secum haberet, aliquam
9. occasionem<sup>13</sup> sui daret opprimendi, navem ei triremem<sup>14</sup> dedit, qua **Corinthum**<sup>15</sup>
10. deveheretur<sup>16</sup>, ostendens se id utriusque facere causa, ne, cum inter **se** timerent,
11. alteruter<sup>17</sup> alterum praeoccuparet<sup>18</sup>. Id cum factum multi indignarentur<sup>19</sup>
12. magna que esset invidiae tyranno, Dionysius omnia, quae moveri poterant Dionis,
13. in navis imposuit ad eumque misit. Sic enim existimari volebat, **id** se non odio
14. hominis, sed suaे salutis fecisse causa.

### Glossarium

<sup>1</sup> *Dion, -onis m.*

<sup>2</sup> *non desisteret obsecrare:* multum peteret

<sup>3</sup> *Platonem*: Plato, -onis, m.: philosophus



<sup>4</sup> *Athenis*: Athenae, -arum; Graeca urbs

<sup>5</sup> *Platonem ... arcesseret*: Platonem... vocaret

<sup>6</sup> *historicus, i* (m.): qui de rebus gestis scribit

<sup>7</sup> *Syracusae, -arum*: Siciliae urbs



<sup>8</sup> *tyranno*: tyrranus, -i (m.); rex

<sup>9</sup> *tyrannidi*: tyrannis, -idis (f.); regnum


<sup>10</sup> *persuaserit*: suaserit

<sup>11</sup> *Syracusani*: qui Syracusis vivunt

<sup>12</sup> *deterritus*: ad diversum consilium inductus

<sup>13</sup> *occasinem*: occasio, -onis (f.); tempus

<sup>14</sup> *triremem*: triremis, -is



<sup>15</sup> *Corinthum*: Corintus, i; Graeca urbs

<sup>16</sup> *devehheretur*: veheretur



<sup>17</sup> *alteruter*: et unus et alter

<sup>18</sup> *alterum praeoccuparet*: aliquid faceret prius quam alter idem faciat

<sup>19</sup> *indignarentur*: ira moverentur

1. Completa la parafrasi del brano letto, inserendo negli spazi il numero del termine mancante.  
Attenzione: le parole sono in numero superiore a quelle necessarie (8 punti)

Dione Syracusano \_\_\_\_\_, Dionysius Platonem Syracusas vocavit. Tyrannus enim cupiebat patri suo parem esse, qui Platonem maxime \_\_\_\_\_. Etiam Philistus historicus apud \_\_\_\_\_ vocatus est. \_\_\_\_\_ Plato conatus esset Dionysio suadere ut Syracusanos a tyrannide liberaret, Philistus contra eum monuit ne tyrannidem relinquenteret. Qua re saevitia et \_\_\_\_\_ tyranni creverunt. Ille enim Dionem timebat, quod videbat eum superiorem sibi esse atque plus quam \_\_\_\_\_ a Syracusanis amari. Putare coepit aut se Dionem occisurum aut ab eo occidi posse. Eo timore motus, optimum putavit Dionem Syracusas relinquere. Cum hoc consilium omnibus \_\_\_\_\_ iniustum videretur, Dioni triremem dedit in qua omnia bona eius imposta erant; existimabat enim cives putare se hoc facere non odio \_\_\_\_\_, sed ut Dionem a se servaret.

1 suadente	5 Syracusae	9 motum	13 putaverat
2 timor	6 Syracusis	10 suasisset	14 ne
3 sibi	7 laudaverat	11 civibus	15 avaritiam
4 motu	8 se	12 Dionysium	16 cum

2. Scegli vero o falso o non liquet (7 punti)

1. Dion non voluit Platonem Syracusas venire	V	F	NL
2. Dionysius patrem imitari voluit	V	F	NL
3. Dionysius multum patrem amavit	V	F	NL
4. Dionysius Philisti consilium audivit	V	F	NL
5. Dionysius Philisti consilio mitior factus est	V	F	NL
6. Dionysius Dionem timebat	V	F	NL
7. Syracusani probabant Dionem Corinthum mitti	V	F	NL

3. Scegli la risposta corretta e scrivi la lettera corrispondente nella tabella sottostante (5 punti)

1. Cur Dion Platonem Syracusas vocare voluit?

- a) Quia Plato auctoritate et eloquentia potens erat
- b) ut Dionysius Platonis consilia audiret
- c) ut Dionysius imitari patrem posset
- d) ut Dionysius parem patri suo esset

2. Quod consilium Philistus Dionysio dedit?

- a) ne Dionysius tyrannidem retineret
- b) ut Dionem Syracusis expelleret
- c) ut Dionysius tyrannidem retineret

d) ut Dionysius Syracusanis crudelior esset

3. Cur Dionysius Dionem Corinthum misit?

- a) ut mortem, aut suam aut Dionis, vitaret
- b) ut Dion trireme veheretur
- c) ut Dioni praemium daret
- d) ne populus Dionem tyrannum faceret

4. Cur invidia populi in Dionysium crevit?

- a) quia Dionysius saevus tyrannus erat
- b) quia Dionysius Philisti consilium audiverat
- c) quia Dionysius triremem Dioni dederat
- d) quia Dionysius Dionem Corinthum mittere voluit

5. Cur Dionysius Dionis bona in navis imposuit?

- a) ne populus aliquam Dionis memoriam servaret
- b) ut Dion bonis suis frui posset
- c) ut populus putaret Dionem sibi odio non esse
- d) ne aliquid Dionis Syracusis maneret

4. Scegli la risposta corretta e scrivi la lettera corrispondente nella tabella sottostante (8 punti)

1. R. 2 **ille** si riferisce a:

- a) Dion
- b) Platonem
- c) Dionysium
- d) eius

5. R. 8 **eum**:

- a) si riferisce ad *amore*
- b) si riferisce a *Dione*
- c) si riferisce al soggetto della sovraordinata
- d) concorda con *secum*

2. R. 4 **tyranno** è

- a) ablativo del secondo termine di paragone
- b) dativo retto da *amicum*
- c) ablativo retto da *amicum*
- d) ablativo di causa

6. R. 9 **Corinthum**

- a) è accusativo dell'ogg.
- b) è soggetto di *deveheretur*
- c) esprime il moto a luogo
- d) esprime lo stato in luogo

3. R. 5 **ei**:

- a) si riferisce a *Dionysium*
- b) si riferisce a *Plato*
- c) è un dativo retto da *facere finem*
- d) è un nominativo plurale

7. R. 10 **se**:

- a) *se* è in ablativo
- b) *se* ha per referente Dione
- c) *se* ha per referente Dionisio
- d) *se* è plurale

4. R. 6. **qua**:

- a) è un pronome relativo

8. R. 12-13 **id**:

- a) è il soggetto dell'infinitiva

- |                                  |   |
|----------------------------------|---|
| b) è un aggettivo relativo       | b) si riferisce all'operato di Dionisio |
| c) ha per antecedente libertatem | c) si riferisce all'operato di Dione    |
| d) è un avverbio relativo        | d) è nominativo singolare               |

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.

5. Trasforma le frasi sottolineate secondo quanto proposto (4 punti)

A. R. 3 (Dionysius) Philistum historicum Syracusas reduxit

**a Dionysio** \_\_\_\_\_

B. RR. 4-5 Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit valuitque eloquentia, ut ei persuaserit tyrannidis facere finem (*persuadeo*, -es, *persuasi*, *persuasum*, -ere)

**Quia** Plato autem apud Dionysium **magna** auctoritate potuit valuitque eloquentia, ei

C. R. 8-9 ne... aliquam occasionem... daret

**ad nullam occasionem** \_\_\_\_\_

D. R. 10 ostendens se id utriusque facere causa

cum \_\_\_\_\_ se id utriusque facere causa

*Pars altera*

*Dion Siciliam capit*

*Dion cum socio Heraclide bellum contra Dionysio gerit. Quamquam illi magnae copiae non sunt, faciliter oppidum Syracusarum capiunt. Dum Dionysius in Italia classem parat, Dion Syracusanos sibi socios facit et totam Siciliam capit.*

1	<u>Postquam Corinthum pervenit Dion</u> et eodem perfugit <sup>1</sup> <u>Heraclides ab eodem expulsus</u>
2	<u>Dionysio</u> , qui praefectus fuerat equitum, omni ratione bellum comparare <sup>1</sup>
3	coeperunt. Sed non multum proficiebant, quod multorum annorum tyrannis magnarum
4	opum putabatur. Quam ob causam <u>pauci ad societatem periculi</u> <sup>3</sup> perducebantur. Sed

5 Dion, fatus<sup>4</sup> non tam suis copiis quam odio tyranni, maximo animo [...] profectus  
 6 oppugnatum<sup>5</sup> [...], adeo facile perculit<sup>6</sup>, ut post diem tertium, quam Siciliam attigerat<sup>7</sup>,  
 7 Syracusas introierit<sup>8</sup>. Ex quo intellegi potest nullum esse imperium tutum nisi  
 8 benevolentia<sup>9</sup> munitum<sup>10</sup>. Eo tempore aberat Dionysius et in Italia classem  
 9 opperiebatur<sup>12</sup> adversariorum<sup>13</sup>, ratus neminem sine magnis copiis ad se  
 10 venturum. Quae res eum fefellit. Nam Dion iis ipsis, qui sub adversarii fuerant  
 11 potestate, regios spiritus repressit<sup>14</sup> totiusque eius partis Siciliae potitus est<sup>15</sup>, quae sub  
 12 Dionysii fuerat potestate, parique modo urbis Syracusarum praeter arcem et insulam  
 adiunctam<sup>16</sup> oppido.

<sup>1</sup> *perfugit*: fugit

<sup>2</sup> *comparare*: parare

<sup>3</sup> *ad societatem periculi*: ut periculum commune haberent

<sup>4</sup> *fatus*: fidem habens

<sup>5</sup> *oppugnatum*: oppugno, -as, -avi, -atum, are; contra hostes pugno

<sup>6</sup> *perculit*: vicit

<sup>7</sup> *Siciliam attigerat*: in Siciliam pervenerat

<sup>8</sup> *introierit*: intraverit

<sup>9</sup> *benivolentia*, -ae (f.): bene velle

<sup>10</sup> *munitum*: defensum

<sup>11</sup> *opperiebatur*: opperior, -iris, -pertus sum, -iri (dep.); sperabat venturam esse

<sup>12</sup> *adversariorum*: adversarius, -i (m.); hostis.

<sup>13</sup> *repressit*: oppressit

<sup>14</sup> *Siciliae potitus est*: Siciliam cepit

<sup>15</sup> *adiunctam*: additam

6. Completa la parafrasi del brano letto, inserendo negli spazi il termine adeguato correttamente flesso (6 punti).

In urbem Corinthum, quo Dion a Dionysio missus erat, Heraclides \_\_\_\_\_, Dionysii praefectus equitum quem item tyrannus Syracusis expulerat. Dion et Heraclides socii fiunt foedusque faciunt ad bellum contra Dionysium \_\_\_\_\_. Alios socios periculi non invenerunt, cum omnes \_\_\_\_\_ longam et potentem Dionysii tyrannidem. Exquis copiis contra Syracusas tandem moverunt, rati Dionysium crudelitate sua a Syracusanis non amari. Bellum longum non fuit: post tres dies, oppidum captum est, quia populus, qui tyrannum non \_\_\_\_\_, Dioni non obstitit. Dum haec fiunt, Dionysius Syracusis non fuit. In Italia, quo pridem profectus erat, \_\_\_\_\_, quia classis eius nondum parata erat. Errore captus est: credebat enim oppidum suum tutum esse, nec putabat quemquam, nisi cum magno exercito, id capere \_\_\_\_\_. At Dion, Syracusarum oppido in potestate habito, etiam eam partem Siciliae cuperat quae sub Dionysio fuerat.

1. timeo, -es, timui, -ere	2. gero, -is, gessi, gestum, -ere	3. maneo, -es, mansi, mansum, -ere
4. pervenio, -is, veni, ventum, -ire	5. amo, -as, avi, atum, are	6. possum, potes, potui, posse

7. Trasforma le frasi secondo quanto proposto (6 punti)

A. R. 1 Postquam Corinthum pervenit Dion

**Cum** Corinthum \_\_\_\_\_ Dion

B. R. 2-3 Heraclides ab eodem expulsus Dionysio

Heraclides **quem** idem Dionysius \_\_\_\_\_

C. R. 3-4 pauci ad societatem periculi perducebantur

**constat** paucos \_\_\_\_\_

D. R. 5 Dion... profectus

Dion **postquam** \_\_\_\_\_

E. R. 6 profectus oppugnatum

profectus **ut** \_\_\_\_\_

F. R. 7-8 nullum esse imperium tutum nisi benevolentia munitum (munio, -is, -ivi, -itum, -ire)

nullum **est** imperium tutum, **cum** [temporale] benevolentia non \_\_\_\_\_

## Soluzioni

### *Pars prior*

1.

Dione Syracusano (1) SUADENTE, Dionysius fecit Platonem Syracusas vocavit. Tyrannus enim cupiebat patri suo parem esse, qui Platonem maxime (7) LAUDAVERAT. Etiam Philistus historicus apud (12) DIONYSIUM vocatus est. (16) CUM Plato conatus esset Dyonisio suadere ut Syracusanos a tyrannide liberaret, Philistus contra eum monuit ne tyrannidem relinqueret. Qua re saevitia et (2) TIMOR tyranni creverunt. Ille enim Dionem timebat, quod videbat eum superiorem sibi esse atque plus quam (8) SE a Syracusanis amari. Putare coepit aut se Dionem occisurum aut ab eo occidi posse. Eo timore motus, statuit ut Dion Syracusas relinqueret. Cum hoc consilium omnibus (11) CIVIBUS iniustum videretur, Dioni triremem dedit in qua omnia bona eius imposita erant; existimabat enim cives putare se hoc facere non odio (9) MOTUM, sed ut Dionem a se servaret.

2.

1. Dion non voluit Platonem Syracusas venire	V	F	NL
2. Dionysius patrem imitari voluit	V	F	NL
3. Dionysius multum patrem amavit	V	F	NL
4. Dionysius Philisti consilium audivit	V	F	NL
5. Dionysius Philisti consilio mitior factus est	V	F	NL
6. Dionysius Dionem timebat	V	F	NL
7. Syracusani probabant Dionem Corinthum mitti	V	F	NL

3.

1b/ 2c/ 3a/ 4d/ 5c

4.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
a	c	a	b	b	c	d	b

5.

- A. **a** Dionysio PHILISTUS HISTORICUS SYRACUSAS REDUCTUS EST
- B. **Quia** Plato autem apud Dionysium **magna** auctoritate potuit valuitque eloquentia, ei PERSUASIT TYRANNIDIS FACERE FINEM
- C. **ad nullam occasionem** DANDAM
- D. cum OSTENDERET se id utriusque facere causa

### *Pars altera*

6. In urbem Corinthum, quo Dion a Dionysio missus erat, Heraclides **PERVENIT**, Dionysii praefectus equitum quem item tyrannus Syracusis expulerat. Dion et Heraclides socii fiunt foedusque faciunt ad bellum contra Dionysium **GERENDUM**. Alios socios periculi non invenerunt, cum omnes **TIMERENT** longam et potentem Dionysii tyrannidem. Exiguis copiis contra Syracusas tandem moverunt, rati Dionysium crudelitate sua a Syracusanis non amari. Bellum longum non fuit: post tres dies, oppidum captum est, quia populus, qui tyrannum non **AMABAT**, Dioni non obstitit. Dum haec fiunt, Dionysius Syracusis non fuit. In Italia, quo pridem profectus erat, **MANSIT**, quia classis eius nondum parata erat. Errore captus est: credebat enim oppidum suum tutum esse, nec putabat quemquam, nisi cum magno exercito, id capere **POSSE**. At Dion, Syracusarum oppido in potestate habito, etiam eam partem Siciliae ceperat quae sub Dionysio fuerat.

7.

A. R. 1 Postquam Corinthum pervenit Dion

Cum Corinthum \_PERVENISSET\_ Dion

B. R. 2-3 Heraclides ab eodem expulsus Dionysio

Heraclides **qui** idem Dionysius \_EXPULERAT/EXPULIT\_

C. R. 3-4 pauci ad societatem periculi perducebantur

**constat** paucos AD SOCIETATEM PERICULI PERDUCI/ PERDUCTOS ESSE

D. R. 5 Dion... proiectus

Dion **postquam** \_PROFECTUS ERAT/EST\_

E. R. 6 proiectus oppugnatum

proiectus **ut** \_OPPUGNARET\_

F. R. 7-8 nullum esse imperium tutum nisi benevolentia munitum (munio, -is, -ivi, -itum, -ire)

nullum **est** imperium tutum, **cum** benevolentia non \_MUNITUR/MUNITUS EST/\_